



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 112. De probitate in Sacramentorum Ministris necessaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI.
A.C. 1547.

§. CXII.

De probitate in Sacramentorum Mi-
nistris necessaria.

*S. Aug. l. 3. de Bap-
t con- tra Donat. c. conferre Sacramentum,* omnium consensu
10. *ide. tract. 5. in Joan. Et l. 3. contra Crescon. c. 6. Et 7.* **D**ecimus articulus, in quo hæretici dicebant: *Ministrum improbum non conferre Sacramentum*, omnium consensu fuit damnatus: præterquam enim, quod hic error inter Wiclefi hæreses a Concilio Constantiensi jam fuisset confixus, divus quoque Augustinus hanc quæstionem in suis libris contra Donatistas speciatim pertractans ita effatus est: *Non est autem aqua profana, Et adultera, super quam nomen Dei invocatur, etiamsi a profanis, Et adulteris invocetur: quia nec ipsa creatura, nec ipsum nomen adulterum est: jam vero Baptismus Christi verbis evangelicis consecratus, Et per adulteros, Et in adulteris sanctus est, quamvis illi sint impudici, Et immundi; quia ipsa ejus sanctitas pollui non potest, Et Sacramento suo divina virtus assistit, sive ad salutem bene viventium, sive ad perniciem male utentium: cum vero solis, vel etiam lucernæ lux, dum per cænosa diffunditur, nihil inde sordium contrahit, num ergo Baptismus Christi potest cujusquam sceleribus inquinari?*

§. CXIII.